

1284 dicembre 19, Riva, sotto la casa del comune.

Il notaio Boninsegna da Riva, sindaco- procuratore del comune di Riva, promette di pagare entro la prossima festa delle Ceneri (*carnispravi*) a Rainaldo, figlio ed erede del defunto Marcabruno del Collo da Vicenza, 50 lire di piccoli veronesi a completa soluzione di un debito di 200 lire, somma che la comunità rivana si era impegnata a versare al defunto Marcabruno quale salario per la podesteria da lui esercitata un tempo nella città. Cinque autorevoli cittadini rivani si costituiscono fideiussori dell'obbligazione assunta.

Originale, ACR capsula 2 n. 47.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 20.

Pergamena in buono stato di conservazione. Slabbratura sul margine destro. Lungo tutto il testo compaiono dei segni verticali simili a delle parentesi grafe la cui funzione ci è oscura. Gli stessi segni sono presenti sui docc. nn. 66 e 67, che riguardano il medesimo pagamento del salario del defunto podestà.

(S) In Christi nomine. Anno Domini .millesimo.CCLXXXIII., .XII. indictione, die .XIII. exeunte decem[bri.] Ripe, sub domo comunis. In presentia domini Federici Spaleti, Rivani Bocasancte, Nicolay notarii, Michaelis Lundi et aliorum testium rogatorum. Ibi magister Bonisigna notarius de Ripa tamquam sindichus et procurator comunitatis et hominum terre Ripe et pro ipso comuni promissit per stipulacionem dare et solvere domino Raynaldo filio et heredi condan domini Marchabruni de Collo de Vicentia quinquaginta libras Veronensium parvorum hinc ad proximum festum Carnispravi; cum omni dampno et dispendio quod ipse creditor fecerit vel venerit pro predictis denariis exigendis et expensas si quas fecerit in eius dicto sive sacramento creditoris, sub obligatione omnium bonorum dicti comunis presentium et fact(urorum), et per eum creditorem se posidere constituit; hoc fecit dictus sindichus nomine dicti comunis, nominatim pro rexi duo et completa solutione .CC. librarum parvorum, quas dictum comune dare et solvere tenebatur dicto quondam domino Marchabruno pro quadam potestaria dicti comunis facta olim per dictum dominum Marchabrunum patrem dicti domini Raynaldi, renoncians omni sue exceptioni per quam posset contrafacere vel venire. Cuius promisionis et debiti fideiussores se constituerunt quilibet<sup>a</sup> in solidum se obligaverunt<sup>b</sup> scilicet d[ominus] Açolinus notarius, Bonaventura Mafey, Gavardinus Prevedini, Federichus de Castelo, Iacob[inus] fillius domini Benevenuti de Iacobino verbo et consensu dicti sui patris presentis, et principales debitores, renonciantes quod principales debitores prius conveniant quam fide et omni alio iure quo possent contrafacere vel venire. Tali vero pacto addito et adiuncto quod<sup>c</sup> si dictus sindichus pro dicto comuni non solverit dicto creditori ad dictum terminum, ipse creditor possit et valeat accipere ipsos denarios mutuo ad usuram ad costum et expensas dicti comunis et dictorum fideiussorum de eorum spontanea voluntate, obligaverunt ad hoc omnia sua bona, ut superius dictum est.

Ego Libanorius de Ripa sacri palatii notarius hiis interfui et rogatus scripsi.

---

<sup>a</sup> quilibet *nel ms.*

<sup>b</sup> const *cassato.*

<sup>c</sup> dictus *cassato.*

1285 gennaio 26, Verona, nella curia del palazzo del comune.

Rainaldo del fu Marcabruno del Collo nomina Beradino *de Ubriachis* da Firenze e Lapo figlio di Pazzo da Firenze, suoi **nunzi** e procuratori nel richiedere a Boninsegna notaio da Riva, sindaco-procuratore del comune di Riva, e a cinque fideiussori della comunità rivana, l'estinzione di un debito di 50 lire di piccoli veronesi in osservanza dell'abbligazione da loro assunta nei suoi confronti, come dimostra l'atto notarile rogato il 19 dicembre 1284 (vedi documento precedente, n. 65)

Originale, ACR capsula 2 n. 72.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 31.

La pergamena è segnata con due righe verticali, simili a quelle che occupa il testo del documento precedente e di quello seguente.

(S) In nomine Christi. Die veneris vigesimosexto ianuarii. Actum in curia palatii comunis Verone. In presentia Tholomey notarii de Sancto Paulo, magistri Calapinii sartoris atque Bonifacii de Robello testium rogatorum et aliorum. Ibique dominus Raynaldus filius condam domini Marchabruni de Collo fecit, constituit atque ordinavit dominum Beradinum de Ubriachis de Florentia presentem et recipientem et Lapum filium domini Paçi de Florentia absentem tamquam presentem et quemlibet eorum in solidum ita quod occupantis non sit melior conditio et quod per unum inceptum fuerit per alterum finiri possit suos nuncios, missos et procuratores, specialiter ad petendum, luendum et exigendum a magistro Bonensigna notario de Ripa sindaco et procuratore comunis et hominum terre Ripe et a dominis Açolino notario, Bonaventura Maphei, Gavardino Prevedini, Frederico de Castello et Iachobino filio domini Benevenuti tamquam fideiussoribus dicti comunis et hominum et a quolibet eorum in solidum, unum debitum quinquagintarum librarum Veronensium parvorum, quas eidem domino Raynaldo dare tenentur, ut patet publico instrumento scripto sub signo et nomine Libanori notarii de Ripa, die XIII<sup>o</sup> exeunte decembri, millesimo CCLXIII<sup>o</sup>, .XII<sup>a</sup>. indicione. Ita et taliter quod dicti procuratores simul et separatim possint et valeant causari et experiri, luere, exigere solucionem, recipere et sibi vocare bene fore solutum de dicto debito, iura et acciones cedere unicuique persone, libellum dare et recipere, opponere et respondere, testes producere et reprobare, sententiam audire et appellare et causam appellacionis prosequi et sacramentum cuiuscumque generis in eius anima subire et<sup>d</sup> specialiter et generaliter omnia et singula facere et exercere que idem dominus Raynaldus facere posset si presens esset, dando et concedendo eisdem procuratoribus et cuilibet ipsorum liberam et generalem administrationem in omnibus predictis et singulis. Promittens per stipulacionem dicto domino Beradino presente et michi notario infrascripto stipulanti et recipienti nomine ac vice dicti procuratoris absentis et aliorum omnium quorum interest sive intererit firma et rata habere et tenere omnia et singula que in predictis et omnia predicta per predictos procuratores constitutos seu alterum ipsorum facta fuerint et non contravenire sub ypotheca rerum suarum et iudicatum solvy.

Anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimoquinto, indicione duodecima.

Ego Nicholaus notarius condam domini Çillini iudicis his interfuy et rogatus scripsi<sup>e</sup>.

<sup>d</sup> g cassata.

<sup>e</sup> In fondo al centro compare la parola Anno.

1285 febbraio 25, Riva, sotto la casa del comune.

Gavardino, massaro, nunzio e sindaco-procuratore del **comune** di Riva, afferma di aver ricevuto in **mutuo** da Simone toscano e da Lapo, figlio di **Pazzo** da Firenze, che ora abitano a Riva, 50 lire di denari veronesi per saldare un debito che il **comune** rivano aveva contratto con Rainaldo del Collo da Vicenza.

Originale, ACR capsula 2 n. 41.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 17-18.

Sovrapposti al testo dei segni a forma di parentesi dal significato sconosciuto.

(S) In Christi nomine, die XXV februarii, sub domo comunis Ripe. Presentibus Bonaventura Maphey et Bonaventura qui dicitur Sternatus et Nicolao condam Fresschetti et Iacobino condam Rave notario omnibus Ripe testibus rogatis. Ibi Gavardinus condam Prevethini Ripe massarius comunis Ripe et nuncius et procurator atque syndicus dicti comunis constitutus a consilio generali illius comunis, mutuo accipiendum pro dicto comuni usque ad summam .L. libras parvorum, ut in carta illius procurationis seu syndicarie continetur scripta per Iacobinum notarium Ripe una die \*\*\*<sup>f</sup> februario .M.CCLXXX quinto, indictione XIII<sup>a</sup>, confessus et manifestus fuit dictus Gavardinus se nomine et vice dicti comunis et per eum comune mutuo accepisse a Simono Tuscano et Lappo filio domini<sup>g</sup> Pazi de Florencia qui modo habitant in Rippa .L. libras denariorum Veronensium, ipso massario renuntiante omni exceptioni non date et non accepte et non habite pecunie, sed illam in se bene habere dixit et quod illam exceptionem nec contrariam numquam opponet, sub pena alterius **tantte** summe cum stipulatione promissa. Unde dictus massarius nomine et vice comunis Ripe et per eum comune promisit cum stipulatione dare et solvere predictis Simono et Lappo creditoribus alias .L. libras Veronensium ad eorum arbitrium et voluntatem cum omni dampno et dispendio et expensis expensarum si quas fecerint vel substinuerint comuniter vel divisim pro dictis omnibus recuperandis in placito et extra et ante sententiam et post sententiam, credendo dictis creditoribus et cuilibet illorum omnes expensas suo solo dicto absque honore sacro vel sine alia aliqua probatione, pactum et promissionem faciens dictus massarius nomine et vice dicti comunis et per eum predictis creditoribus quod nichil contra predicta probabitur quod excludat capud seu **exp** de toto nec de parte nisi hoc instrumento inciso vel alio de **soll(ita)** manu boni et crediti notarii facto, et si contra fecerit nil valeat, obligando dictus massarius predictis creditoribus omnia bona presentia ac futura comunis supradicti. Et dictus massarius dixit se mutuo accepisse dictos denarios pro solvendo alias .L. libras de **pig(nore)** domino Raynaldo de Collo de Vicencia eydem promissas pro consilio Ripe, ut dicebat contineri in carta inde scripta de debito pricipali anno Domini .millesimo. CCLXXX quinto, XIII<sup>a</sup> indictione.

Ego Mangallottus de Burano notarius domini Federici Romanorum imperatoris interfui et rogatus hoc scripsi.

<sup>f</sup> Spazio bianco: lacuna del giorno.

<sup>g</sup> Domini *sopra il rigo*.

1285 maggio 18, Riva, sotto la casa del comune.

I *vicini* della comunità di Riva eleggono Federico del fu Giacomo di Mitifoco, Azolino notaio da Riva e Pacifico del fu Girardo da Trento loro sindaci-procuratori nella causa contro gli uomini e il comune di Arco.

Copia autentica, ACR capsula 2 n. 33, redatta qualche tempo dopo, sempre nell'anno 1285 a Trento da Alberto, notaio del vescovo di Trento Enrico, su incarico di Calapino, giudice amministrante la giustizia per conto di Giovanni da Cavedine, giudice e vicario di Mainardo, conte del Tirolo e avvocato della chiesa trentina. La formula di autenticazione ha il seguente tenore:

«(S) Anno Domini millesimo .CC. LXXXV, indictione XIII, die martis XIII intrante ..., [Tridenti], in palacio episcopatus, presentibus Petro, Corado, Simone, Nicolao notariis et aliis testibus. Ibique dominus Calapinus iudex, faciens rationem per dominum Iohannem, iudicem et vicarium domini Mainardi comitis Tyrollis, advocati ecclesie Tridentine, dedit mihi notario infrascriptum verbum et licenciam exemplandi hoc infrascriptum instrumentum, tenor cuius talis est»

«Ego Albertus notarius sacri palatii autenticum huius exempli vidi et legi, et ut in eo continebatur ita superius legitur nichil per me adens nec diminuens quod sensum vel sententiam mutet in aliquod nec forte in punctis vel in silabis, interfui et rogatus scripsi de verbo et auctoritate supradicti vicarii, meum signum aposui et me subscripsi».

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 14.

Pergamena in cattivo stato di conservazione. L'inchiostro è in alcuni punti scolorito e la lettura si presenta spesso difficile.

(S) In Christi nomine. Anno Domini millesimo.CC.LXXXV., indictione .XIII., die .XII. exeunte madio, in Ripa, sub domo comunis, in presentia domini Olderici condam domini Meiorance de Dreseno, domini Pelegrini piliparii de Tridento, Monti<sup>h</sup> de Ledro, Trentini filii domini Benevenuti Tocholi de Ledro, Willielmi condam domini Petri de Bonaldo de Ledro, Varnardini condam domini Belini de Ture atque Nicolai notarii de Cognola et aliorum testium rogatorum. Ibique in publico consilio ad sonum [camp]ane cohadunato more solito Vivianus domini Bonore, Açolinus notarius, dominus Benevenutus, Otebonus Bertoldini, Bonaventura Mafey, dominus Nasimbenus, Nascimbenus Iohannis, Otebonus [C]ervellini, Iohannes Bagordini, dominus Willielmus de Furno, dominus Aldrigetus domine Marie, Lolus, ser Girardus de Stenico, Iacobinus Tenpi, Scorteginus, ser Bonus becharius, Petrus<sup>i</sup> becharius, Pasinus becharius, Didous becharius, Omnebonum Peçii, Macharius, Alexander eius frater, Olçiagus, Trentinus<sup>j</sup> eius frater, Wide[st]tus becharius, Nicolaus notarius, Magalotus notarius, Bertolameus Belini, Gosmerius V[ides]ti, ...<sup>k</sup> Andrea, Iacobinus Cavatorte, Nicolaus eius frater, Iohannes<sup>l</sup> Paxusii[.]pece, dominus Aldrigetus [Sol]e, Laçarius<sup>m</sup>, Albertus Tochi, Secilus, Omnebonum de Muciis, Brunus calarius, dominus Florius, Isachinus, ...]ocius molinarius, Delaitus Culeti, Albertus condam Pantani, Vinciolus, Delaidus Pantani, Galina de [Te]no, [Be]rardus filius Michaelis, Belebonus sartor, Omnebonum sartor, Gotefredus sartor, Rivaninus Çardini, Bonaventura Adami, Nascimbenus de Chaçarinis, Iacobinus filius Francisci, Comadus, Bolpatus, Iosepus, Bertolameus Iohannis Pisoni, Gavardinus, Çuchus de Turbulis, Federicus de Castelo, Iohannes Benedicti, Mafeus, Iacobinus Dominici, Benevenutus Pasolini Gravini, Monegatus, Benevenutus, Brodetus, Otebonus, Delaidi de Dro, Benevenutus Viviani, Widotus, Madolada, Odoricus de Caçorinis, Slonta, Rivaninus Marci Pacis, [Beneve]nutus de Adone, Fostinus Gambe, Iohannes

<sup>h</sup> *Lettura incerta.*

<sup>i</sup> *Pretus nel ms.*

<sup>j</sup> *Trentinus ripetuto.*

<sup>k</sup> *Lacuna di una parola.*

<sup>l</sup> *Iohannis nel ms.*

<sup>m</sup> *Lettura incerta*

Vilielmi, Salvodeus, Rivanus, Adelperius, Nicolaus Mocii, Paulus Vidalus, Vivianus Pantani, Beya, Nascimbenus Martini Ledrani, Iacobinus Per[....]ti, Cirondelus, Besclus, Cristianus, Teobonus, Bonefacinus faber, Çanetus Malaçape, Dominicus piliparius, **Bonaventura** Coreçole, Nicolaus Vasni<sup>n</sup>, Benevenutus Fecitinus, Michael condam Lundi pegorarius, Delaidus Lombardi, Bonomus, Levus, Drogus, Petrus Ferarii, Vidotus, Belebokus a Porta, Veresolus, Bonesolus, Iohannes Bagordini, Rivanus<sup>o</sup>, Mafeus Martini Riche, Samuelus, magister Brancharelus, Folia, Bonaventura Testis, Benevenutus Malaçape, Taçeta, Gosa, Chonca, Ganbonus, **Brolunus**, Avunantius, Benevenutus, Medosus, Savasa molinarius, Nascinbenus Boche Sancte, Lundus Rivanus Mascicii, Berardus, Gratiadeus, Riprandinus, Paulus, Bonapasius, Bertoldus a Dosso, Omnebonum Tortorele, Otolinus Paqueti, Delaidus Lombardi, Carchonus, Ribaldus notarius, Libanorius notarius, Iacobinus notarius, Trentinus notarius, Simon notarius, Petrus sartor, Pataronus, Iacobinus domine Benaso.de, Bertoldus eius frater, Tayola, [F]rugerius, Trentinus molinarius, Sarasinus, Bisolus, Otobonus eius [fi]lius,, Valdelus a Doso, Iohannes a Doso, Bonapasius, Fosti[nus], Silvester merçader, Iohannes eius frater, Latavecla, Cilenbertus, Comunancia, Maraldinus, Duronus, Palancha domini Andrioti, Petrus eius frater, Iohannes Bresasanini, omnes predicti de terra Ripe insimul et specialiter de ore ad hos interrogati, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt dominum Federicum condam domini Iacobi Mitifogi et Açolinum notarium de Ripa presentes et Pacificus condam domini Girardi de Tridento absentem tamquam presentem suos et dicte universitatis hominum terre Ripe certos nuncios, actores, procuratores, syndicos, et defensores contra singulares personas hominum de Arco et contra comunitatem dicte plebis Arci et generaliter contra quascumque personas cum quibus comune Ripe habet aliquid dicere seu petere vel predicti singulares homines de Arco et comune eiusdem et quelibet allia persona habent dicere seu petere contra universitatem hominum terre Ripe et tam in agendo quam in defendendo, respondendo, opponendo, libelos dando, exceptiones delatorias et declaratorias opponendo, lite seu lites contestando, testes et cartas producendo, sententiam seu sententias audiendo et appellando et appellationes proseguendo, tenutam seu tenutas accipiendo et exigendo et libelos et appellationes porigendo et appellationes proseguendo et in iurando et sacer deferendo alliis et generaliter in omnibus et omnia que [merita] tamen requirunt concesserunt eis plenam et liberam aministracionem et potestatem promittentes omnes predicti mihi notario et dictis procuratoribus, sindicis et defensoribus quod firma et rata atque grata habebant et tenebant omnia et singula que ipsi syndici et procuratores et defensores insimul et separatim ita quod noncupantis non sit melior condicio in predictis et circa predicta duxerint facienda, sub obligatione et ypo-techa bonorum eiusdem universitatis et quod solvent et atendent id quod fuerit iudicatum et volentes predictos suos syndicos actores et defensores relevare a satisfatione de iudicatum solvendo pro eis nomine dicte universitatis et cuilibet alterius persone cuius interesset se constituerunt fide et principales debitores, ren[unciando] quod principales debitores prius sint conveniendi quam fide omni occasione et defensione remota.

Ego Delaydus de Ripa notarius sacri pallatii hiis interfui rogatus et scripsi.

---

<sup>n</sup> *Lettura incerta.*

<sup>o</sup> *Segue Mas cassato.*

1286 luglio 25, Pranzo, presso la casa dei figli del fu Bocio da Pranzo.

1286 luglio 30, Pranzo, presso la stessa casa.

I *vicini* della *villa* di Pranzo, appartenente alla pieve di Tenno, pubblicamente riunitisi, eleggono Bonapasio del fu Bonaventura *Scolaris* e Nicolò del fu Pranzolino, entrambi da Pranzo, loro sindaci-procuratori nelle cause e nelle controversie in cui la comunità di Pranzo è impegnata.

Cinque giorni dopo alcuni *vicini* di Pranzo ratificano l'elezione dei due sindaci e li investono ufficialmente del loro ufficio.

Copia autentica, ACR capsula 2 n. 53-a,b, redatta il 7 ottobre 1286 a Trento da Pietro de Belenzani, notaio del vescovo di Trento Enrico, su incarico di Giovanni da Cavedine, giudice e vicario di Mainardo, duca di Carinzia e conte di Tirolo e Carinzia. La formula di autenticazione ha il seguente tenore:

«(S) Anno Domini millesimoCCLXXXVI, indictione XIII, die lune VII intrante octubri, Tridenti, in palacio episcopatus, in presentia Henrici et Bertholamey, Conradi notariorum et aliorum. Ibique dominus Iohannes de Cavedeno, iudex et vicarius domini Mainardi Dei gratia<sup>p</sup> Karinthe ducis, Tyrolis et Goritie comitis et advocati ecclesie Tridentine, dedit mihi Petro notario infrascripto licentiam et auctoritatem exemplandi hoc infrascriptum instrumentum cuius tenor talis est».

«Ego Petrus de Belençanis notarius Enrici episcopi Tridentini hoc suprascriptum instrumentum ex autentico fideliter exemplavi de mandato et auctoritate suprascripti domini vicarii et ut in eo autentico continebatur ita et in isto legitur et continetur exemplo, nichil in eo exemplo additum vel diminutum preter forte punctum, literam vel silabam quod sensum vel sententiam mutet, meumque signum posui et me subscripsi».

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 23.

Pergamena in buono stato di conservazione.

In Christi nomine. Anno a nativitate eius millesimo CC LXXXVI, indictione XIII, die VI exeunte iulio, in Pranço, iuxta domum filiorum condam Bocii de Pranço, presentibus domino Bonaventura archipresbitero plebis Teni, Paulo notario de Teno, Bonora condam Bruni et Benevenuto condam Spiardi de Teno atque Bonçoano viatore de Teno et aliis testibus rogatis. Ibique Videtus quondam Marcii, qui fuit de Canalo, Bertholotus quondam Pegorini, Marcius condam Bocii, Nicolaus condam Brianthane, Marcius eius filius, Paulus condam Borse, Buschetacius, Bonvesinus condam Omneboni, Bonora et Beletus fratres, Iohaninus condam Colse, Vaudus condam Widi, Martinus condam Oteboni, Bonora condam Boninsigne, Bonora cui dicitur Blaveta, Bachinus, et Buschetus atque Bonacardus eius filii, Martinus filius Curti, Martinus condam Benini, Bonçohanus qui dicitur Borlus, Buschetinus condam Pelegrini, Pelegrinus Preantane, Pelegrinus condam Corvati, Pelegrinus qui dicitur Pianus, Fantinus, Ottebonus condam Boninsigne, Bocius Gratiane, Bonaventura Çiliane, Raymundinus, Iohannes qui fuit de Casteyono, Bonvesinus condam Venturani, Bonaventura filius ser Bonvexini, Marchesinus condam Prançolini, omnes predicti de villa Prançi plebis Teni, more solito congregati et coadunati. Ipsi omnes et singuli ibidem presentes per se ipsis nomine et vice comunitatis dicte ville Prançi, fecerunt, constituerunt<sup>q</sup> et ordinarunt Bonapasium condam Bonaventure Scolaris de Pranço et Nicolaum condam Prançolini eiusdem loci presentes eorum et dicti comunis et universitatis syndicos et actores, procuratores et certos nuncios et quemlibet eorum in solidum ita<sup>r</sup> quod non sit melior condicio occupantis nominatim et specialiter in omnibus eorum causis, litibus, questionibus seu placitis que et quas ipsi homines et comunitas habent vel habere intendunt contra eos, tam in agendo quam in defendendo, libellos dando et recipiendo seu offerendo, litem contestando, exceptiones proponendo, terminos et dillaciones petendo, testes et

<sup>p</sup> Tre lettere cassate.

<sup>q</sup> constituerunt *ripetuto*.

<sup>r</sup> ita sopra il rigo.

instrumenta producendo et alterius partis audienda et reprobanda, suspectos dandos, iudices elligendos et recusandos ac in appelando si oportet, causas appellationis sequendo cum effectu ac in iurando super genere quolibet liciti sacramenti, super eorum animas sacramentum referendo, tenutam accipiendum et exigendum et in faciendo et dicendo quecumque merita causarum exigunt et etiam quemadmodum ipsi met facere possent et etiam in arbitros eligendo et compromittendo, promittentes cum stipulacione predicti homines et universitas dictis sindicis et procuratoribus presentibus et mihi notario infrascripto recipienti nomine et vice cuiuslibet cuius interest vel interesse posset quod attendunt et ratum habebunt plenaier cum effectu quicquid ipsi syndici simul et separatim circa omnia et singula necessaria in predictis fuerint operati sub ypoteca suarum rerum, volentes [ante]dictos eorum procuratores et syndicos a satisfacione relevare, constituerunt se pro eis fideles et principales debitores, renunciantes quod non possint uti quod principales persone prius sint conveniende quam fideles et iuraverunt quoque predicti syndici corporaliter ad sancta [Dei] evangelia predicta omnia et singula et que eis uctilia et necessaria videbuntur bona fide facere et exercere et inutilia pretermittere.

Postea vero die penultimo iullio. In suprascripta villa, ante ipsam domum; presentibus domino Bonaventura archipresbitero Teni, Iohanne cui dicitur Mola de Teno, Buscheto filio Barafii de villa Pastovey, Omnebono filio Chrispine de Bregucio et aliis testibus. Ibique ser Bonvesinus condam ser Bonore, Bonvesinus condam Spinelli, Benevenutus filius Marchesii, Omnebonus Tutabone, Iohannes condam B[o]nor[e], Iohannes Baxeti, Pelegrinus Çu-liane, Omnebonus Carnexali, Iohannes filius Crosne, Delaytus condam Iohannis, Benevenutus qui dicitur Çigogninus, omnes de predicta villa Prançi laudaverunt, confirmaverunt atque ratificaverunt syndicos, actores et procuratores supradictos factos per suprascriptos homines Prançi, promittentes in omnibus et per omnia pro ut suprascripti promiserunt et fecerunt.

Ego Iohannes de Teno domini regis **H[.]ancii (Henrici?)** notarius interfui rogatus et scripsi.

1286 agosto 4, Trento, nel palazzo vescovile.

**Viene esibito un libello attraverso il quale il notaio Azzolino da Riva, sindaco degli uomini e della comunità di Riva, rivolgendosi a Guglielmo, giudice e vicario di Mainardo, duca di Carinzia, conte del Tirolo e avvocato della chiesa trentina, ricorre contro la sentenza da lui emanata, su istanza di Bonapace da Pranzo, e il conseguente precetto, con il quale obbligava i consoli e la comunità di Riva al rifacimento e al restauro di una via per la quale si va al monte Englo, ritenendoli illegittimi sia nella procedura che nella sostanza, e si appella a Mainardo stesso chiedendone la revoca.**

Originale, ACR capsula 2 n. 4-a.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 4.

Pergamena in discreto stato di conservazione. Slabbratura lungo l'intero margine sinistro e limitate macchie di umidità.

(S) Anno Domini millesimo CC.LXXXVI., indictione XIII, die dominico III intrante agosto, Tridenti, in palacio episcopatus, presentibus dominis Iohanne, Gratiadeo, Adelpreto iudicibus et aliis testibus. Porectus fuit libelus infrascriptus, tenor cuius talis est:

«Cum vos dominus Wilielmus<sup>s</sup> iudex et vicarius domini Mainardi ducis Carimptie, comitis Tyrollis et advocati ecclesie Tridentine, ad instanciam et petitionem Bonepaci de Pranzo et ex vestro officio, mandaveritis precipiendo consulibus et comunitati de Ripa et singulis personis quatenus sub pena mille librarum de avere ipsius comunitatis et librarum C. singularum personarum de Ripa quod infra VI dies post responsionem sententie unius instrumenti scripti manu ser Lafranchi notarii, deberent reficere et aptare quandam viam per quam itur ad montem<sup>t</sup> Hengli et ipsam viam in pristinum statum reducere, idcirco ego Acolinus notarius tamquam syndicus hominum comunitatis et universitatis et singularum personarum terre Ripe ipsum preceptum et denunciationem de predictis factam hominibus terre Ripe dico ipso iure nullum latum et factum, parte non citata nec requisita, et contra iuris ordinem, et si quod esset ipsum preceptum et denuntiationem factam de dicto precepto, sentiens me nomine predictorum comunis et singularum personarum comunis Ripe gravatum et lesam ab ipso precepto et denuntiatione, in hiis scriptis appello ad dominum Mainardum ducem **apostolosque**<sup>u</sup> cum instancia peto». Qui dominus Wilielmus dixit quod recipiat libelum [in] quantum debebat de iure.

Ego Albertus notarius sacri palatii interfui et rogatus scripsi.

1286 settembre 9, Trento, nel palazzo vescovile.

**Viene esibito un libello attraverso il quale Liteprando di Formigaro, podestà di Riva per Mainardo conte del Tirolo, e il notaio Ezzelino, sindaco-procuratore della comunità rivana, rivolgendosi a Giovanni, giudice e vicario di Mainardo, duca di Carinzia, conte del Tirolo e avvocato della chiesa trentina, ricorrono contro il precetto da lui emanato e notificato da un nunzio della curia, con il quale ingiungeva ai Rivani di restituire agli uomini di Pranzo le bestie loro pignorate sul monte Englo, ritenendolo illegittimo sia nella procedura che nella sostanza, e si appellano a Mainardo stesso chiedendone la revoca.**

<sup>s</sup> domine Wilielme *nel ms.*

<sup>t</sup> monte *nel ms.*

<sup>u</sup> *apostolosque nel ms.; correzione apportata anche sulla base della formula usata nell'atto seguente.*

Originale, ACR capsa 2 n. 4-b.

(S) Anno Domini millesimo CC.LXXXVI, indictione XIII, die lune VIII intrante septembri, Tridenti, in palacio episcopatus, presentibus dominis Gratiadeo, Adelpreto, Calapino iudic(ibus) et alliis testibus. Porectus fuit libelus infrascriptus, tenor cuius talis est:

In Christi nomine. «Nos Liteprandus de Formigaro potestas comunis Ripe per dominum Mainardum ducem Carimptie, comitem Tyrollis et advocatum **ecclesie Tridentine**, et Eccelinus notarius, syndicus hominum comunis **Ripe**, cum ex parte et vice domini Iohannis, iudicis et vicarii domini Mainardi, ducis Carimptie, comitis Tyrollis et advocati ecclesie Tridentine, nobis preceptum et denunciatum fuit vice et nomine comunis Ripe per quendam viatorem \*\*\*<sup>v</sup> quod bestias acceptas pro pignoribus per nos hominibus de Pranço in monte Hengli eisdem hominibus de Pranço restituere debe[r]emus infra tercium diem post denunciationem nobis factam, sub pena mille librarum; quod si non faceremus ex tunc dicebatis vos habere nos pro condempnatis in dictam quantitatem; quod quidem preceptum per vos et dictum viatorem nobis factum dicimus ipso iure nullum, quia factum fuit nobis non citatis nec monitis et contra iuris ordinem, et si quod esset dictum preceptum in quantum faceret contra nos et comune Ripe, sentientes [n]os et comune predictum fore gravatum et lesu[m] [a]b occasione dicti precepti, in hiis scriptis apelamus ad dominum ducem predictum vel **[u]biquaque appellacio hec** de iure procedere possit appostolos cum instancia petimus». Qui dominus [Io]hannes dixit quod recipiat libelum in quantum debebat de iure.

[Eg]o Albertus notarius sacri palatii interfui et rogatus scripsi.

---

<sup>v</sup> Spazio bianco di 3 cm. con probabile lacuna del nome del viator.

1286 settembre 14, Trento, nel palazzo vescovile.

Deposizioni di due testimoni prodotti da Ezzelino di Toco da Riva, sindaco-procuratore del comune rivano, nella causa intentata agli uomini della comunità rivana da Bonapasio e Nicolò, sindaci-procuratori della *villa* di Pranzo, riguardante la rissa fra loro scoppiata per il possesso, la giurisdizione e lo sfruttamento dei monti Englo e Tombio.

Originale, ACR capsula 2 n. 14, redatto dal notaio Pietro de Belenzani su licenza concessagli in Trento, nel palazzo vescovile il 9 ottobre 1286 da Giovanni da Cavedine, giudice e vicario per Mainardo, duca di Carinzia e conte del Tirolo e di Gorizia. La formula di autorizzazione dell'autenticazione ha il seguente tenore: «(S) Anno Domini millesimo CC LXXXVI, indictione quartadecima, die mercurio nono intrante octubri, Tridenti, in palatio episcopatus, in presentia Henrici, Conradi, Symonis notariorum et alium testium. Ibique dominus Iohannes de Cavedeno iudex et vicarius domini Mainardi Dei gratia Karinthie ducis [Ty]rolis et Goritie comitis et advocati ecclesie Tridentine dedit mihi notario infrascripto licentiam et auctoritatem autenticandi et in publicam formam reducendi hos infrascriptos testes quorum tenor talis est»

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 7.

La pergamena manca dell'angolo inferiore sinistro e in molti punti l'inchiostro è irrimediabilmente sbiadito, costringendo il lettore a numerose integrazioni. Compito del resto agevole per la possibilità di collazione delle due deposizioni.

Anno Domini millesimo .CC. LXXXVI, indictione quarta decima, die sabati quartodecimo intrante septembris. Testes hominum comunis Ripe dati et producti per dominum [E]celinum Thoci de Ripa tamquam sindicum et procuratorem dictorum hominum comunitatis Ripe ad eorum deffensionem super accusatione et denuntia contra eos facta per Bonapasium et Nicolaum de ia vila de Pranço tamquam syndicos et procuratores hominum et comunitatis Prançi de rixa [hab]ita in monte Hengli et Tumbli.

**Nasinbonus qui dicitur Sarasi[n]us de Ripa** iuratus testes qui dixit: «Scio quod montes Hengli et Tumbli sunt et steterunt in tenutam et possessionem per X. XX. XXX. L. [LX. LXX. annos] et plus de eo quod recordor». Interrogatus quoniam hoc scit, respondit: «Visu et auditu». Interrogatus q[...] sunt servi, respondit: «Nescio aliter nisi quia semper vidi eos tenentes et possidentes». [Interrogatus] si vidit etiam homines de Pranço bu[sc]are et segare et pasculare in dictis [monti]bus [et eos] possidere dictis temporibus una cum [hominibus] Ripe, respondit: «Non segare, sed pasculare cum malgis sic et buscare et fra[tare] una cum hominibus Ripe, quando homines Ripe buscant et frant, se quando sunt [in]contacti<sup>w</sup> dicti montes per homines Ripe tunc bene pignerantur homines de Pranço si buscant et frant in ipsis et homines de Ripa etiam pignerantur. Item scio visu et auditu quod regula predictorum montium est et pertinet hominibus comunitatis Ripe et de ipsa sunt et steterunt in [te]nutam et possessionem per dictum tempus regulando et gaçando dictos montes ad eorum arbitrium et [v]oluntatem, et ita vidi meis temporibus fieri per ipsos, et iam fuit factus saltuarius per [comu]ne Ri[pe] bene quinque [vice]s. Item scio visu et auditu quod homines et comune Ripe sunt consueti per dictum tempus ordinare et pone[re] saltuarios et iuratos et alios officiales ad facien[dum] custo[d]iri et observari suas regulas et postas. Item scio auditu quod hominum de Ripa quod homines comunitatis terre Ripe hoc anno, a sancto Iohanne de iunio citra, set non recordor de [die] nec de mense, sub dominio istius domini potestatis domini Ylteprandi, regulaverunt dictos montes, scilicet ne aliquis seu ali[q]ua persona ascenderet dictos suos montes cum bestiis ad p[as]culandum, segandum nec buscandum, et si ascenderet quod solveret postas suas et regulas, et dictas postas audivi cridari et publicari per terram Ripe ea vice per unum viatorem, de quo non recordor, secundum consuetudinem terre Ripe. Item scio quod consuetudo est obtenta in terra Ripe pignerandi sua

<sup>w</sup> Lettura incerta.

[au]ctoritate, illos qui faciunt contra suas regulas et postas». Interrogatus qualiter hoc scit, respondit: «Visu». Interrogatus quid est consuetudo, respondit: «Nescio. Item scio quod potestas et officiales terre Ripe et ipsi homines comunitatis sunt consueti per dictum tempus sua auctoritate pignerare et pignera accipere hominibus de Pranço et etiam de Tenno, Archo [et] de Leudro, si invenerint eos facere contra suas regulas et postas et ipsa retinere donec eis plenaier fuerit satisfactum de suis postis [et r]egulis, et etiam ea vendere si ea non exegerint infra tempus eis stabilitum». [Interrogatus] [qu]aliter hoc scit, respondit: «Visu et auditu; et dico quod hoc possunt facere etiam vi[olenter] si denegarent vele dare pignera. Item scio quod homines de Pranço debent [et] tenentur attendere et solvere postas et regulas hominum de Ripa quas [f]aciunt in suo plebatu». Interrogatus si homines de Ripa debent et tenentur attendere regulas et postas hominum de Pranço quas [faciun]t in suo plebatu et suis regulis, respondit: «Non, non placeat Deo quia homines de P[ranço] non habent plebatum, imo sunt de plebatu Tenni. Item scio quod via que fuit destr[ucta] super montem Hengli per homines et comune Ripe est quedam via privata hominum comunis Ri[pe] et de ipsa sunt et steterunt in tenuta et possessione per dictum tempus frangendo et devasta[ndo] et abatando eam per quam viam vadunt cum plaustris et bestiis suis super dictum [montem]». Interrogatus qualiter hoc scit, respondit: «Quia est in plebatu hominum Ripe, et ita vidi eos eam st[r]atam possidere et audiui dici quod iam alias frac[tas] fuit». Interrogatus si homines de Pranço dictam viam tenuerunt et possederunt et ea usi sunt dicto tempore, respondit: «Bene sunt etiam [ipsi] usi dicta via semper usque nunc et bene vadunt et usi sunt ire per eam ad camp[os] quos habent et possident in dicto monte; nescio si rationabiliter vel iniuste possederint ipsos campos, set intellexi quod iniuste possident ipsos et bene verum est quod cum plaustris non possunt ascendere dictum montem per aliam viam, set tamen dicta v[ia] est hominum de Ripa».

**Bertholameus qui dicitur Gaçolus B[ert]holus de Gaçolis qui fuit de Tray et nunc moratur Ripe** iuratus testes qui dixit: «Scio [quod] montes Hengli et Tumbli sunt hominum comunitatis Ripe et de ipsis sunt et steterunt [in] tenuta et possessione per X. XX. XXX. XL. L. et LX. annos et plus de eo quod recorder». Interrogatus quam possessionem vidit eos in ipsis habere, respondit: «Vidi regulare, buscare, pasculare, fratare et alia facere ad eorum arbitrium et voluntatem». Interrogatus si homines de Pranço steterunt etiam ipsi in tenuta et possessione dictorum montium pasculan[do], segando, buscando et frutando, secundum quod homines de Ripa, respondit: «Bene fuerunt et su[nt] etiam ipsi in eis consueti pasculare et buscare una cum hominibus de Ripa quando ipsi buscant et pasculant, set si segare volebant, ipsi consueverunt solvere comuni Ripe .X. .V[III.] vel .V. solidos pro sega[re], secundum quod faciunt alii homines de Ripa. Item scio quod regula dictorum montium est et per[ti]net dictis hominibus comunitatis Ripe et de ea regula sunt et steterunt in tenuta et possessione per [dictum] tempus regulando, gaçando dictos montes ad eorum arbitrium et voluntatem». Interrogatus [quali]ter hoc scit, respondit: «Visu, qui vidi eos sepe et sepius regulare. Item scio visu et auditu quod homines comunitatis et universitatis terre [Rip]e consueti sunt per [dictum] tempus sua auctoritate<sup>x</sup> ordinare [et] ponere saltuarios ad faciendum custodiri et observari suas regulas et postas. Item scio visu et auditu quod postas et officiales terre Ripe et ipsi homines comunitatis sunt consueti per dictum tempus sua auctoritate pignerare et pignera accipere hominibus de Pranço si invenerint eos facere contra suas regulas et postas et ipsa pignera in se retinere donec planaier fuerit eis [satisfact]um de suis postis et regulis, et etiam ea vendere si non fuerint exacta [infra] tempus eis stabilitum». Interrogatus qualiter hoc scit, respondit: «Visu, quia ego ipse interf[eci] ad pignerandum ipsos homines de Pranço pro regulis fractis in ipsis m[ontibus], scilicet pro segando, set non recorder qui fuerunt illi. Item scio quod [homi]nes de Pranço debent et tenentur solvere et attendere postas hominum postas h[ominum] comunis Ripe factas in suo plebatu». Interrogatus qualiter hoc scit, respondit: «Quia vidi eos [se]pe ita attendere et solvere prout dixi, set bene verum est quod homines de P[ranço] h[abent] ibi ius in dictis montibus quod habent singulares homines de Ripa. Item [scio] quod via que fuit fracta in monte Hengli per homines comunis Ripe est ho[minum] comunis Ripe et de ea sunt et steterunt in tenuta et possessione per dictum tempus frangendo et aptando eam ad eorum arbitrium et voluntatem, set bene verum est quod homines de Pranço sunt etiam ipsi per dictum tempus usi dicta via in eundo et redeundo ad dictos montes ad suos campos et prata, quos

<sup>x</sup> Pignerare et pignera accipere hominibus de Pranço *cassato*.

et que ipsi habent in dicto monte Hengli et semel vidi, iam est longum tempus, homines comunis Ripe frangere dictam viam. De homine qui fuit occisus de Pranço et de muliere uxore Buscheti de Pranço que fuit vulnerata, nichil scio nec visu nec auditu».

(S) Ego Petrus de Bellençanis notarius suprascriptos testes ex meis inbreviaturis [licentia et auctoritate] domini vicarii autenticavi et in publicam formam redu[xi] meumque signum posui et me subscripsi.

1287 maggio 1, Trento, nel palazzo vescovile.

Ezzelino del fu Toco e Gavardino da Riva e Pacifico da Trento promettono di pagare a Giovanni da Cavedine 300 lire di piccoli veronesi entro la prossima pasqua di Maggio.

Originale, ACR capsula 2 n. 66.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 28-29.

Pergamena in ottimo stato di conservazione.

(S) Anno Domini millesimo .CC°.LXXXVII., indicione XV<sup>a</sup>, die iovis primo mayi, Tridenti, in palacio episcopatus, in presentia domini Odorici Lagstaynerii, Martinoti condam Rubey, Syuriti de Garniga, Martini notarii condam Iachemoci, Nicolai notarii de Vignola, Pelegrini medii gastaldi et aliorum. Ibique dominus Ecelinus condam Tochi de Ripa et Gavardinus de Ripa et Pacificus de Tridento per stipulacionem promiserunt et convenerunt sub obligacione omnium suorum bonorum presentium et futurorum et per infrascriptum creditorem se possidere constituerunt et quilibet eorum se in solidum obligaverunt ad quem infrascriptus creditor se tenere voluerit de toto vel de parte renunciantes **episcopale divi Adriani** et nove et veteri constitutioni et omni legum auxilio dare et solvere domino Iohanni de Cavedeno vel eius certo nuncio trecentas libras Veronensium parvorum bone monete hinc ad proximam pasca<sup>y</sup> de mayo cum omni dampno et expensis quod dictus creditor fecerit vel habuerit pro predictis denariis exigendis in eius dicto sine sacramento et aliqua probacione; quos denarios dicti debitores eidem domino Iohanni dare et solvere promiserunt nominatim pro totidem quos ab eo creditore confessi et manifesti fuerunt se mutuo recepisce et habuisse, renunciantes exceptioni non date, numerate, mutuate ac in se habite pecunie tempore contractus et exceptioni doli, mali et in factum, pacto habito et expressim dicto et facto inter dictum creditorem ex una parte et dictos debitores ex altera quod si dictus dominus Iohannes infra dictum terminum non fuerit satisfactus quod ipse dominus Iohannes possit vendere vel velit impignare sua pignera ad usuras sua propria auctoritate absque aliqua solempnitate iuris et sine verbo iudicis et rectoris alicuis periculo et expensis ipsorum debitorum; que pignera si amiteret ipse dominus Iohannes quod ipsi debitores teneantur eidem domino Iohanni satisfacere de omni eo et toto de quo dixerit idem dominus Iohannes se fore dampnatum et de dampno et interesse suo credendo de quantitate dampnorum et interesse ac expensarum litis et extra litem simplici dicto dicti domini Iohannis sine sacramento et aliqua probacione, renunciantes omnibus iuribus et statutis tacitis et expressis sibi contra hoc competentibus vel competituris aliis omnibus iuribus que sibi prodesse possent et parti alteri fore nociva.

Ego Petrus de Belençanis notarius domini Enrici episcopi Tridentini interfui rogatus et scripsi.

1287 maggio 14, Trento, nell'abitazione del fu Ottone di Grasso da Trento, dove vivono i prestatori.

Amadeo mantovano, Foresio e Pietro toscani, anche a nome del loro socio Ognibene mantovano e di altri soci, dopo aver ricordato di aver dato a mutuo la somma di 900 lire di denari piccoli veronesi a Ezzelino di Toco e Pacifico di Nida, sindaci del comune di Riva, dichiarano di aver ricevuto da Manganoto da Riva, massaro del comune rivano, 500 lire a parziale soluzione del loro credito.

---

<sup>y</sup> Leggi pascam.

Originale, ACR capsula 2 n. 54.  
Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 23-24.  
Pergamena in ottimo stato di conservazione.

(S) Anno Domini millesimo .CC°.LXXXVII., indicione XV<sup>a</sup>, die mercurii .X°III. intrante maio, Tridenti, in domo habitacionis condam domini Otonis Grassi de Tridento, in qua morantur mutuatores, in presentia Wilielmi Berthoni notarii, Bonaventure Buratini, Cabrielis qui fuit de Meclo, Concii de Terlacu, Delavancii condam Terlaci de Terlacu testium rogatorum et aliorum. Ibique Amadeus mantuanus et Foresius et Petrus tuscani pro se et eorum socio Omnebono mantuano et aliis suis sociis de uno debito sive deposito noningentarum librarum denariorum Veronensium parvorum bone monete, quod debitum sive depositum domini Ecelinus Tochi et Pacificus de domina Nida tamquam syndici hominum et comunis<sup>z</sup> Ripe et pro se principaliter receperant in deposito a dictis Amadeo et Omnebono, Foresio et Petro pro se et aliis suis sociis, quod depositum promiserant eisdem depositoribus reddere et restituere ad eorum<sup>aa</sup> voluntatem, de quo deposito domini Iohannes de Cavedeno iudex et magister Rubeus physicus et dominus Adelpretus iudex et Gavardinus de Ripa et Iacopus de domina Nida se fide constituerunt, prout in carta scripta per me Petrum notarium infrascriptum plenius continetur, vocaverunt ipsi Amadeus, Foresius et Petrus pro se et dicto Omnebono eorum socio et aliis suis sociis sibi bene fore solutum et satisfactum a domino Manganoto de Ripa tamquam a massario comunis Ripe recipienti pro ipso comune et sindicis predictis eiusdem comunis de quingentis libris denariorum Veronensium parvorum bone monete, renunciantes exceptioni non date, habite et recepte pecunie et non habite et sibi facte solucionis tempore huius contractus et exceptioni doli mali et in factum, salva racione residui dicti debiti sive depositi, videlicet quadrigentarum librarum bone monete, quas dicti depositeores ad huc habere debent de ipso deposito a predictis sindicis dicti comunis Ripe pro se et dicto comuni.

Ego Petrus de Bellençanis notarius domini Enrici episcopi Tridentini interfui rogatus et scripsi.

---

<sup>z</sup> Tident *cassato con tratto*.

<sup>aa</sup> bt *cassate con tratto*.

1287 giugno 1, Pranzo.

Giacomino, vicario di Liteprando, podestà di Riva per Mainardo duca di Carinzia e conte del Tirolo, e Gosmerio da Riva, massaro del comune rivano, trovandosi nella *villa* di Pranzo richiedono a Bonvesino, Videto e Bachino e a molti altri di Pranzo lì convenuti **il pagamento delle multe loro comminate dagli ufficiali del** comune di Riva. Gli uomini di Pranzo rispondono di non voler versare alcuna cauzione.

Originale, ACR capsula 2 n. 6.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 4.

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) In Christi nomine. Anno Domini millesimo ducentesimo LXXXVII., indictione XV, die primo intrante iunio, in Prancio, in presentia Parentini viatoris et Sarasini et Benevenuti de Cagarinis et aliorum testium. Ibique Iacobinus vicarius domini Liteprandi potestatis Rippe per dominum Mainardum ducem Karentie et Tirolis comitem, et Gosmerius de Ripa tamquam massarius comunis Ripe apellaverunt semel, bis et ter dominum Bonvesinum et Videtum et Bachinum de Prançio et alios multos de Prançio ibi in dicta villa coadunati ut deberent eis dare nomine et vice potestatis et dicti comunis Ripe illa pignera quos<sup>bb</sup> ipsi de Prançio tenentur dicti potestati et comuni Rippe de iure et attendere et observare postas et regulas dicti comunis; qui predicti de Prançio dixerunt et responderunt quod nolebant eis dare aliquod pignus.

Ego Delaydus de Ripa notarius sacri pallacii his interfui rogatus et scripsi.

---

<sup>bb</sup> *Leggi que.*

1287 giugno 2, Trento, nella casa che fu del fu Ottone di Grasso.

Il giudice Giovanni da Cavedine dichiara di aver ricevuto da Ezzelino di Toco da Riva, pagante a nome suo, di Pacifico di Nida e di Gavardino da Riva, 300 lire di veronesi quale soluzione di un mutuo loro concesso.

Originale, ACR capsula 2 n. 40.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 17.

Pergamena in ottimo stato di conservazione.

(S) Anno Domini millesimo .CC°.LXXXVII., indicione XV<sup>a</sup>, die lune secundo intrante iunio, Tridenti, in domo que fuit condam domini Ottonis Grassi, in presentia Ottebelli Vaxleti notarii, domini Nicolay condam domini Boninsigne de Aychebonis, Pegorarii de Ripa, Girardi filii infrascripti domini Iohannis et alium testium. Ibique dominus Iohannes de Cavedeno iudex vocavit sibi bene fore solutum et plenarie satisfactum a domino Ecelino Thochi de Ripa dante et solvente pro se et nomine et vice Pacifici de domina Nida et Gavardini de Ripa de uno debito trecentarum librarum Veronensium bone monete quod dicti Ecelinus, Pacificus et Gavardinus eidem domino Iohanni dare et solvere promiserant ex mutuo prout in carta scripta manu mei infrascripti notarii Petri continetur. Renuncians idem dominus Iohannes exceptum non date, numerate, recepte ac ipse habite pecunie et facte solucionis et exceptum doli, mali et in factum, restituens ipse dominus Iohannes eidem domino Ecelino cartam dicti debiti et iubens eam incidi ita quod a modo nullius sit momenti et valoris et nullum robur obtineat firmitatis.

Ego Petrus de Belençanis notarius domini Enrici episcopi Tridentini interfui rogatus et scripsi.

1287 giugno 27, Castel Tirolo.

Mainardo, duca di Carinzia e conte del Tirolo e di Gorizia, assolve Gavardino del fu Prevedino da Riva, sindaco del comune e degli uomini di Riva, e il comune e gli uomini della villa di Pranzo riguardo alle offese, alle ingiurie e ai danni tra loro **fattisi** e arrecatisi.

Originale, ACR capsula 2 n. 60.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 26.

La pergamena è in pessimo stato di conservazione: il margine destro è gravemente lacerato (nelle prime due righe e dalla dodicesima in poi la mutilazione riguarda parte del testo).

(S) Die veneris .IIII. exeunte iunio, in Castro Tirolis, i[n presentia] ...<sup>cc</sup> condam domini Lantefredi, domini Ivani scribani, Iacobi ...<sup>dd</sup> filii domini Uti de Meço et Conradi \*\*\*<sup>ee</sup> testibus<sup>ff</sup> et aliorum rogatorum. Ibique magnificus dominus Mainardus dux Karintie et comes Tirolis et Goricie, advocatus ecclexiarum Tridentine<sup>gg</sup>, fecit finem et remissionem domino Gavardino condam Prevedini de Ripa sicut sindicus comune<sup>hh</sup> et hominu[m] dicte tere et nomine pro ipso comune et homines<sup>ii</sup> ex una parte et comune et homines ville Prançii ex altera; predictus dominus Mainardus dux asolv[it] predictum Gavardinum et comune et homines dicte tere de omnibus offensionibus et iniuriis et malivolentiis et dampnis inter se factis et generaliter de omni eo quod uterque comune et homines possint dicere nunc ocaxione alicuius iniurie et malivolentie inter se f[acte usque] ad huc<sup>jj</sup> diem presentem, salvo eo quod dictus dominus Mainardus du[x abet] vel abere posset contra homines de Pranço ad dicendum et [facien]dum; et predictus dominus Mainardus dux per stipulacionem promisit et conve[nit omnia] predicta et prenominata firma et rata habere et ten[ere nec] iure contravenire nec facere sub obligacione suo[rum bonorum]. Anno Domini millesimo ducentesimo, otuagessimo [septimo, indicione] quintadecima.

Ego Willielmus condam domini Iohannis de Verona [domini Federici] inperatoris notarius interfui r[ogatus et scripsi].

<sup>cc</sup> *Lacuna del nome del testimone.*

<sup>dd</sup> *Lacuna della paternità di Iacobus e del nome del testimone successivo.*

<sup>ee</sup> *Spazio bianco corrispondente alla paternità.*

<sup>ff</sup> *Così nel ms.*

<sup>gg</sup> *Così nel ms..*

<sup>hh</sup> *Così nel ms.*

<sup>ii</sup> *Così nel ms.*

<sup>jj</sup> *Così nel ms.*

1287 agosto 5, Riva, sotto la casa del comune.

Liteprando di Formigaro, podestà del comune di Riva, eletto dagli uomini di Riva e confermato da Mainardo, duca di Carinzia e conte del Tirolo, dichiara di aver ricevuto da Gavardino e da Gosmerio del fu Videsto, rispettivamente sindaco e massaro del comune rivano, 100 lire di veronesi corrispondenti alla metà del salario della podesteria consistente in 200 lire annue.

Originale, ACR capsula 2 n. 39.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 17.

Pergamena in ottimo stato di conservazione.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo .LXXXVII., indicione .XV., die .V. intrante agosto, sub domo comunis, presentibus domino<sup>kk</sup> Aldrigeto domine Marie, domino Federico Spaleta, domino Benevenuto domini Iacobini<sup>ll</sup>, Bonaventura Sdernato, Nicoletto cuy Scorteginus dicitur, Libanorio notario, Patarono<sup>mm</sup>, Bertolameo Paxironi, Ribaldo notario, Rodolfino Mandolata, Nicolao domine Lucese, Nicolao domini Frescheti, Ottobono Pepes, Viviano condam Bonore, Benevenuto Gambono, Benevenuto Roseginy et alliis testibus. Ibiq̃ue dominus Liteprandus de Formigaro tamquam potestas comunis Ripe electus per homines Ripe<sup>nn</sup> et confirmatum per dominum Mainardum ducem<sup>oo</sup> Charentie et comitem Tirolis et advocatum ecclesiarum<sup>pp</sup> Tridentine vohavit se bene fore solutum et satisfatum a Gavardino sindaco comunis Ripe et a Gosmerio condam domini Videsti masario comunis Ripe et nomine et vice dicti comunis et pro dicto comune, nominatim de centum libras bone monete pro medietate<sup>qq</sup> suy salarii potestarie Ripe .CC. librarum Veronensium, renunciens ipse dominus potestas exceptioni non date et numerate pecunie et exceptioni doli, mally aut in factum et hoc nominatim pro salario suo potestarie istius presentis anni.

Ego Iacobinus sacri pallatii notarius interfui rogatus et scripsi.

78

1287 agosto 9, Riva, sotto la casa del comune.

Legano, vicario di Riva per conto del podestà Liteprando di Formigaro, e 15 *consiliatores* del comune rivano chiedono **tramite una lettera** al giudice Giovanni da Cavedine di prendere a prestito dai mutuatori toscani o altrove 35 lire di piccoli veronesi e di consegnarle a un certo Bernardo, al quale il notaio Ezzelino del fu Toco da Riva si era impegnato a pagarle.

Originale, ACR capsula 2 n. 8.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 5.

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo .LXXXVII., indicione .XV., die sabati .VIII. intrante agosto, in Ripa, sub domo comunis, presentibus Açolino notario condam domini Tochi,

<sup>kk</sup> dominorum *nel ms.*

<sup>ll</sup> dn *cassato.*

<sup>mm</sup> Parola *cassata.*

<sup>nn</sup> Ripe *sopra il rigo*

<sup>oo</sup> dux *con segno di abbreviazione nel ms.*

<sup>pp</sup> elarum *nel ms.*

<sup>qq</sup> sue *cassato*

domino Paçificho, Paxolino Paxirony, Gosmerio condam domini Videdi<sup>rr</sup> de Ripa et alliis testibus. Nobili et sapienti viro domino Iohanni iudice<sup>ss</sup> de Chavedeno Leganus vicharius in Ripa per dominum Liteprandum de Formigaro potestatem Ripe, Aldrigetus domine Marie, dominus Federicus Spaleta, Gavardinus, Nicolaus domine Luchese, Gambonus, Persibonus, Bertolameus Paxironi, Pataranus, Bonaventura Sdernatus, Benevenutus Rosegini, Ribaldus notarius, Nicolaus domini Frescheti, Libanorius, Ottobonus Pepes, Vivianus domini Bonore consiliatores comunis Ripe pro se et dicto comune salutem et quidquid posunt servicii et honoris, presenti litera vos rogamus in quantum posumus quatenus vobis placeat super nos omnes<sup>tt</sup> et comuni nostro ilas .XXXV. libras bone monete quas Yçelinus condam domini Tochi dare tenebatur Bernardo acipere debeatis ad mutum a Toschanis vel alibi vel vos facere potestis nostro periculo et super nos et dare et solvere dicto Bernardo, et quidquid super hoc feceritis firmum et ratum habere promittimus fide super nostris bonis et comunis Ripe.

Ego Iacobinus sacri pallatii notarius interfuy rogatus et scripsi.

---

<sup>rr</sup> et alliis *cassato*

<sup>ss</sup> iudice, *così nel ms.*

<sup>tt</sup> *Così nel ms.*

